

7

Gymnici uero ludii à Lycæone in Arcadia primùm inuenti  
sunt, ut auctor es Plinius lib. 7. cap. 56. M. Tullius autem de  
Oratore lib: 2 scriptum reliquit, Gymnasia delectationis et exer-  
citationis gratia primùm à Græcis esse instituta, ut sit, hoc  
tamen certum est: In Græcia primùm certamina esse instituta.  
Quorum celebratissima numerantur. Olympia, Pythia, Ne-  
mea, Isthmia. Hercules enim Augea, Elis rege superato,  
repurgatorij eius stabulo, in campis Olympiæ vicinis, sacrum cer-  
tamen instituit, quod quarto quoque anno (uel ut Lycophronis  
interpres asserit quinquagesimo mense) celebraretur. idq; eo con-  
silio, ut in illo Græciæ iuuentus sese Pentathlo sive quingüertio  
exerceret, cursû scilicet, saltu, disco, uersibus, et palaestra, usq; ue-  
luti meditationibus uero certamini præluderet. Huius quinto  
Sic